ANTONIUS FLORENTINUS. PS. IOHANNES CHRYSOSTOMUS. ANDREAS CAPELLANUS
Klosterneuburg, 1479 Seite 185r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1066
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



solidet si alius ad eam quecumque munera conferendo
accedat que suo fidem servat amatori tantus
avaricie manet in mulieribus ardor quod larga
munera rerum omnia penitus in eis castitatis
castra disrumpunt. Nam si manu velis aperta
venire nulla te mulier eo quod petis vacuum per-
mittet abire. Et si largitas munerum permis-
siones omittas ad mulieres nil postulaturus
accedas quia et si regio dedecoris honore
si nichil tamen attulleris nil penitus apud eas
impetrare valebis verecunde pelleris ab alio.
Nam ob avariciam fures omnes sunt mulieres et
loculos reperiuntur habere. Nec invenitur femina tan-
ti generis altitudine decorata vel dignitatis et rerum
felicitate beari cuius pudorem non frangat ob-
lacio argenti. Et quamquam generis et abiecte quoque persone
subvertere non possit larga et abundans copia
rerum. Et hoc ideo quia nulla femina reperitur dives
sic nec ebrio satis unquam potasse videtur. Nam
si terra sit et aqua penitus verterentur in aurum
vix mulier posset avariciam suam mitigare.

Capitulum xviii.

Hec sunt vicia in mulieribus inventa quibus
fugiende sunt.

Ad hec mulier. Omnis non solum natura
invenitur avara sed etiam in vida et ali-
arum mulierum rapax ventris obsequio
dedita. inconstans in sermone multiplex. inobe-
diens. et contra interdicta renitens. superbie vicio
maculata. in avis glorie cupida. mendax ebri-
osa verbi lingbosa. nil secreta servans luxuriosa
mens. ad omne malum prona. Et hominem cordis
affectione non amat.

Capitulum xix.

De avaricia mulierum

Est autem avara quia non excogitatur in-